



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

24 DE OFF. EPISC.

operis, sed dignitas facientis. Filiæ Sacerdotum, quibus nihil erat commune cum officio sacerdotali, tamen propter honorem parentum multo seueriori, quam aliæ mulieres in eodem etiâ criminis fornicationis subiacent ultiōni. Ex honoris consideratione procedit, quod Dominus mitius subditum, præsidentem verò seuerius punit, & insuper non soli Sacerdotes damnum patiuntur in suo peccato, sed infirmorum animas interficiunt, quæ illocum corrumpuntur exemplo.

Sed quis in his mirum, cùm huius officij difficultates & pericula numerare nitimur; perinde mihi videatur, & altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi velle metiri.

CAP. VIII.

De Euan-
gelio,

Congregatis igitur Sacerdotibus ad Synodum, prima die legi-

TRACTAT.

25

legitur eis hoc Euangelium : Ego quod le-
sum pastor bonus. In quo pleniū edo gitur pri-
centur, quod eorum est officium: Pa ma die in
stores enim sunt animarum: in cu Synodo.
loan. 10.
ius figura, requisiti filij Israël, quid
haberet operis hoc mysterium in
Genes. responderunt in præsentia Gen. 46.
Pharaonis: Pastores, inquiunt, ou-
um sumus, & serui tui, & nos & pa-
tres nostri. Et bene pastor, à pascer
do enim dicitur actine.

CAP. IX.

Secunda die legitur eisdem hoc De Euan-
gelio qd'
Euāgelium: Vos estis sal terræ. legitur
vel illud: Estote misericordes, pro die secun-
vario usū ecclesiarum. Sal igitur da.
appellati sunt Sacerdotes, ut condi- Matt. 5.
ant virtutibus, & exsiccant à vitijs Luc. 6:
aliorum mentes. Sal enim naturam
habet conditiam, teste Job 6. Non
enim potest comedи insulsum quod
non est sale conditum, & putredi-
nis corruptiua. Unde & sale im-

B S missio